



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

IX. Vt per singulos annos a metropolitano episcopo pascha pronuntietur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ANNO
 CHRISTI
 572.

satione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo: quod si non potuerit datis testimoniis approbare quæ dixit, * excommunicationem accusati accusator excipiat.

* accusa-
 tionem

quisaliquē.
 Burch. li. 2.
 cap. 202.
 Iuo p. 6.
 cap. 276.

IX.

Placuit, vt postquam omnia in Concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud omnibus modis obseruetur, vt * superuenturum ipsius anni pascha, quoto Kalendarum die, vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo * nuntietur. Quod ceteri episcopi, vel reliquus clerus, breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia, adueniente natalis die Domini, adstanti populo, post lectionem euangelicam nuntient, vt introitum quadragesimæ nullus ignoret: in cuius principio conuenientes in vnum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona siue decima Missis, dimisso populo, præcipiant quadragesimæ seruare ieiunia, & mediante quadragesima, ex diebus viginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

* super-
 uenturi

* intimo-
 tur.

De consecr.
 distinct. 3.
 Placuit, vt
 postquam.
 De pascha-
 tis celebra-
 tate dixi-
 mus Conc.
 Tol. X. c. 1.

Sic institu-
 tum est Cō-
 cil. Tol. V.
 cap. 1. &
 Tol. VI. c. 2.

X.

Placuit, vt quia per stultitiam præsumpti nuper erroris, aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis foetore, * corruptos cognouimus quosdam presbyteros in huius præsumptionis audacia detineri, vt * in Missa mortuorum etiam post acceptum merum, oblationem ausi sunt consecrare, ideoque hoc præfixe euidentis sententiæ admoni-

* corru-
 pto

* missas
 mortuo-
 rum